FRANCISCVS CONTARENVS DVX XCV.

Electus die 8. Septemb. Anno 1623. Obiit die 6. Decemb. Anno 1624.

VETVS ELOGIVM.

Brevis vita ſpei interceſſit magnarum rerum, votæ publica intra expectationem manſerunt, vix fui, quàm deſii.

GRandem Animam ne mireris; cujus in educatione convenere concordes Ars & Natura. Ducem ſexhibeo excelſum, qui univerſam peragravit Europam & Aſiam, ut Magni Principis Idæam colligeret. Romani, Germani, Angli, Turcæ non ſemel Legatum paſsi, audierunt, exaudierunt vel inviti. Bis coram Paulo V. Chriſti Vicario, duobus armato gladiis oravit ferociter; ſed quia pro Lege, & Rege à Clericis nil impetravit. Laudavit Pontifex eloquentiæ ſtylum, ſed quia iſte audire non exaudire decreverat, ſolùm ad pompã Legatum admiſit. Die ortus natali Deiparæ; hæc creditur filio ſuo prænſaſse honores: quod dignitates om-

nes